



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, Ad dominum nec exaudiuit eos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

I M M A R . L U T H E R I O P E R A T I O

Confringam illos, nec poterunt stare, Cadent subtus pedes meos.

Planus est sensus ex predictis, scilicet quod aduersarios comprehesos erit & conterit, ut ipsi amissa uirtute nequeant surgere neque resistere credenti, describit enim hic uersus aduersariorum infirmitatem, sicut praecedentes, Ecclesiastitudinem. Cadere sub pedibus, simplici tropo dictum puto, pro eo quod est humiliari aduersarios & conuerti ad fidem, Arbitriu tamen esto lector, & hic per des Ecclesia ministerium uerbi intelligere, sicut Lucas dicit in Actis: Multa uerba sacerdotum obediebat fidei, Tunc cadere sub pedibus idem est, quod obediens Euangelio.

Et praecinxisti me uirtute ad bellum.

Et supplantasti insurgentes in me subtus me.

Iterum uirtus hoc loco ea est quae supra memorata est. Et praecinxisti me uirtute, id est, multitudo fidelium coronasti me, hic uero addit, ad bellum, in quo gloriae sele non modo auctam fidelium multitudine, sed etiam multitudine bellatorum. Ex cæsis enim & uictis aduersariis quod plurimi conuersi sunt & facti duces & pastores ecclesiastum, potentes in doctrina sana edificare simul & pugnare, tenentes altera manu gladii, altera edificantes, ut de Neemia dictum est.

Auctis autem hoc modo bellatoribus, facile sit supplare quoscumque insurgentes & extollentes se aduersus scientiam dei, hoc est, aucta Ecclesia semper agetur magis, & succrescit germinans, id quod in primicia Iudeorum Ecclesia uidimus impérii.

Huc subtus me, ad uerbum supplantasti pertinet, sicut superius dilatasti gressus meos subtus me, ad uerbum, dilatasti, porro soloecum huc, subtus me, pro sub me, uel subter me, relinquo grammaticis iudicandum.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum.

Et odientes me disperdisti,

Dari in dor
fum.

Hactenus de ijs locutus est Iudeis, qui per uerbum uicti & humiliati in Ecclesiastum augmentum uenerunt. Nunc de reprobis & in incredulitate persecutoribus loquitur, Quos inimicos & osores uocat, neque enim atrocis odii passus est Ecclesia, quam ab ipsis fratribus Iudeis. Vide autem proprietatem uerborum, dedisti eos mihi dorsum, & disperdisti, Terribilia sunt hac synagoga uincit & fugit, Ecclesia uincit & inlequitur, hoc enim est inimicos dari in dorsum, ut Gen. xlix, Inda manus tua in ceruicibus inimicorum tuorum, Sed & illud miserabile est, synagogam manere semper auersa facie ab Ecclesia, hoc est perpetuo odio: Agnoscere non uult nec potest, & odium non ponit, nec tamquam contra eam promouet, sed semper fugit & cedere cogitur, Hoc usque in hodiernum uidemus ad oculum in Iudeis fieri, ita ut aptius eorum conditio non possit exprimis paucis uerbis, quam quod sunt positi dorsum, tantum ad odiendum sententia ferenda dati.

Ita & disperditos esse clarissimum est legamus, sed longe miserabilius est quod sequitur.

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret,

Ad dominum nec exaudiuit eos.

Sic & Procul.

Sic & ruerit de eisdem dicit. Tunc inuocabit me & nō exaudiām, ma-
ne diligēt & non inuenient me. Synagogae uanissima studia & irrita uo-
ta dōlans, quibus se deo seruire & eum placare credunt, cum ille annun-
tio Christi, neminem nisi in Christō audire & saluare uelit. Nec enim Iudeorū mi-
serit aliud nomen sub celo in quo oporteat nos saluos fieri. Act. xv. Ita seria.
frustra omnia laborant, frustra inuocant, frustra orant, nō est eis saluator nec
conditor, nec tamen cessant a sua pr̄sumptione indurati, de qua miseria pas-
sim in prophetis multa & horribilia.

Et continuam eos, ut pulucrem ante faciem uenti, ut lutum platear-
um delebo eos.

Ista conuersio & cōminutio psal. primo tractata est satis, q̄ Iudæi dupli-
cione contriti sunt, & facti sicut puluis, quem proiecunt uentus: Videamus eīn Iudeorum
eos vero orbe dispersos, nūc sedē quieta & certa habitātes, nullum regnum, cōculatio-
nū nullum principatum, nihil prorsus uirium habentes. Multo aut̄ magis in ua-
gatis impietatis spiritualiter dispersi sunt, dī omissa fide Christi uarijs & pere-
nitūs doctrinis circuferuntur. Sic & in conculationē dati sunt omnibus gen-
tibus per orbem, sicut lutum platearum, quod euacuatū, prorsus nulli utile est,
nisi ad contaminandos pedes. Sic Isa. x. erit in conculationem quasi lutū pla-
tearum. Et hebreus dicit, Ut lutum platearū euacuabo eos, hoc est, sicut Mart.
v. de Sale infatuato dixit. Ad nihil ualer ultra nisi ut mittatur foras, & con-
cultur ab hominibus. Iudaïs uero & hic duplex est conculatio, q̄ & corpo-
raliter omnibus subiecti sunt & contempti, iuc inutile lutum, deinde & spi-
ritualiter a dæmonibus per ignominiosam doctrinam.

Obserua emphases, pulucrem & lutum platearū, electi sunt, terra solida, bo-
na & secunda, non puluis sterili uento expositus. Et lapides preciosi, hono-
rables, expoliti, non lutum ignobile & vacuum omni utilitate. At sicut e pul-
uere & luto omnia euacuata sunt, quæ aliquid sunt, ita & a reprobis, ut nihil
in eis sit, reliquum quod usum habeat in rebus.

Eripies me de contradictionibus populi, Constitues me in caput
gentiū, Populus quem non cognoui seruiet mihi.

Hic Christus in persona sua loquitur, ḥ̄ & superius dicta omnia ad per-
sonam eius pertinere possint, eo q̄ ipse omnia fecit, & Ecclesiam facere eadē
fecit. Clare aut̄ p̄ph̄ reiectionem synagogæ, & assumptionē Ecclesia ḡ
num, Sic & Haggei. ij. Christus uocatur desideratus gentibus, & Gen. xl ix. Et Gentū salutē
ipse erit expectatio ḡtū. Et Isa. xj. Radix Iesse, qui surget regere populos,
ipsum gentes deprecabuntur, & multis alijs locis, sicut & Ro. xv, aliquot cūm
istò præsentī Paulus recenset.

Odioso autem dicit de contradictionibus populi, in quo iustitiam dei com-
mēdat, & culpam Iudeorum aggrauat, ac si dicat. Nihil in isto amarulentō &
indurato populo, nisi contradicto est, parum fuisset, si non crederent, aut con-
temnerent. At nunc oblatam misericordiam etiam ui persequuntur, & indo-
mito furore resistunt ac cōtradicunt, quo cogunt se derelinqui & me fieri gen-
tium capit, ut psal. civ. iudicabit in nationibus, implebit ruinas.

Et hic obseruandum, loqui prophetam non de initiali, sed perseverante im-
pietate &